




Prot. N. 02001/2025-96/25/I

DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem, vi facultatum sibi specialissimo modo tributarum a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Leone Divina Providentia Papa XIV, Ministro fidei ac laetitiae nostrae, attentis precibus iam allatis a Rev. da M. Magdalena Beata Gwardzik, Superiorissa Monialium Clarissarum a Perpetua Adoratio Monasterii, Bydgosciensis episcopalis civitatis, in centesimo anniversario eorum praesentiae in ipsa civitate, de immensa Dei misericordia caelestibusque Ecclesiae thesauris plenariam benigne concedit Indulgentiam suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et oratione ad mentem Summi Pontificis) a Monialibus et christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsis, a die XIV Septembris MMXXV usque ad diem XIV Septembris MMXXVI lucrandam, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint si, sociato corde cum spiritalibus finibus Iubilaei Ordinarii anni MMXXV, praefati Monasterii sacellum, sub tit. Corporis Domini, in forma peregrinationis inviserint et ibi iubilare ritibus devote interfuerint, vel saltem coram SS. mo Sacramento publicae adorationi exposito per congruum temporis spatium piis vacaverint considerationibus, concludendis Oratione Dominica, Symbolo Fidei atque invocationibus Beatae Mariae Virginis, Sancti Francisci Assisiensis et Sanctae Clarae.

Senes, infirmi necnon eos curantes omnesque qui gravi causa domo exire nequeunt, pariter plenariam consequi poterunt Indulgentiam, concepta detestatione cuiusque peccati et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, si iubilare celebrationibus se spiritaliter adiunxerint, precibus doloribusque suis vel incommodis propriae vitae misericordiae Deo oblatis.

Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilior pro pastoralis caritate evadat, haec Paenitentia enixe rogat ut sacerdotes opportunis facultatibus ad confessiones excipiendas praediti, prompto, generoso et misericordiae animo, celebrationi Paenitentiae sese praebeant ac Sanctam Communionem infirmis saepe ministrent.

Praesenti pro hac vice tantum valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die XXVIII mensis Augusti, anno Dominicae Incarnationis MMXXV.

*De mandato Em. mi
+ Christophorus Iosephus Nykiel
Episcopus Tit. Velieusis, Legatus*

*Matteo Rognoni
Officialis*